

lib. 4. cap. 5. artic. 1. sub n. 3. ad tex. in l. bonę fidei ff. de aquir rerum domino l. certum, ubi glof. in Ver. Extantes C. de rei vendic. Gratiā. discept. forens. cap. 615. num. 44., ubi Barbosa num. 5.  
 22 Altera insurget quæstio, an si venditor agat ad usuras pretii non recepti ex æquitate, l. curabit Præses C. de action. Empt., & Vendit., possit etiam agere commissoria, & resolvitur in d.l. commissoriae C. de pæctis inter Empt. & Vendit., non agere, quia petendo fructus censetur recessisse à commissoria; Mantica dicto tit. 29. n. 19., Barbosa in eadem l. commissoriae num. 13.

23 Ex ea negligentia emptoris, alia insurget pœna scilicet, quod amittit arras, quas dedit, & fundus ineptus sit; tex. in l. de lege commissoriae, & l. Mulier ff. de lege commissoriae.

24 Diximus usque modo, quod haec pœna commissoria imponitur propter negligentia solvere debentis, hinc sequitur, quod sublata negligentia, neque commissoria incurritur, quia sublata culpa non est locus pœnæ, quæ est relativa ad culpam, & ut diximus prima parte, qui est legitimè impeditus, aut aliqua exceptione se potest tueri, non dicitur negligens, ita neque hanc pœnam l. commissoriae incurrisse dicendum est, quod non obscure sancitum est in l. mulier ff. de lege commissoria, ubi quia per Cajum Sejum non stetit quin solveret statuta die pecuniam debitam mulieri venditrici; declaravit Scevola emptorem non commissoisse in legem venditionis: glof. ibi in Ver. non commissoisse, & est casus in cap. significante per Innoc.

## III. decisus de pignor.

25 Secundo loco, haec pœna l. commissoria potest habere locum in pignore, non absolute, sed pro ut explicabimus, pluribus enim modis potest pactum commissoriae apponi in pignore; primo quando quis mutuat pecuniam cum pacto restituendi in termino puta anni, & pro securitate recipit pignora, hac lege, quod si in termino prästituto non restituat pecuniam debitam, res oppignorata sit vendita, seu vendenda juxta peritorum estimationem, vel etiam dicas justo pretio, & in hoc casu pactum l. commissoriae, omnino est improbatum Jure novo per Constantium Imperatorem in l. 3. C. de pæctis pignor., & de lege commissoria in pignoribus rescindenda, quia hoc pactum est usurarium, dum sub tali velamine legis co-

missoriae mutuans commodum recipit, dum cogit mutuatarum rem sibi oppignoratam vendere, dixi etiam si justo pretio, quia ad hoc recipit commodum coactæ venditionis, tanto magis si pro minori, quam sit justum pretium, quod frequentius accidit, quod pignus plus valeat, quam sit pecunia recepta, tanto magis, quia debitores egentes, facile consentiunt in sui etiam grave præjuditum, & creditores etiam inquis conditionibus urgent, & pactis contra Justitiam, ut tangit Roderic. de annui reddit lib. 2. q. 2. num. 15. 18., & num. 26., Merlin. de pignor., & hypoth. lib. 4. tit. 4. q. 123. à n. 6., & seqq. Abbas in cap. significante de pignoribus, Mantica de tacitis, & ambig. lib. xi. tit. 9. n. 2., ubi num. 3., quod mutuatarius coactus huic pacto consentit.

26 Verum pactum legis commissoriae poterit habere locum in pignore, tam in prädicto casu, quam in dicendis, si ita apponatur, ut venditio non sit coacta, sed pro libertate debitoris, & justo pretio, ita ut possit debitor, etiam post tempus prästitutum elapsum offere pecuniam debitam creditori, & sic adjudicationem, vel distractionem impedire, quod tamen non poterit adjudicatione facta, & distractione sequita, quia debet sibi debitor imputare, si tamdiu neglexit, & morosus fuit: Barbosa in dicto cap. significante sub num. 5., Mantica de tacitis, & ambig. convent. lib. 11. tit. 9. n. 16., & tit. 10. num. 19. 20., Rebell. de oblig. Justitiae p. 2. lib. 8. de Usur. q. 10. num. 14., Gutierrez. de jurement. p. 1. cap. 33. num. 4.

27 Et in hoc casu si creditor recepit fructus ex pignore, usque ad diem perfectæ adjudicationis, eos compensabit in sortem: juxta tex. in c. conquestus de usuris, c. cum contra de pignor., l. 1., & 2. C. de pignor act., nec valebit pactum aliter factum, id est quod fructus pignoris non computentur in sortem, quia est usura Jure divino, & naturali, atque canonico damnata: Menoch. Consil. 110. num. 8., Surd. de aliment. tit. 9. q. 18. num. 5., Mantica de tacitis, & ambig. convent. lib. 11. tit. 9. num. 3., nisi fructus computarentur in sumptus factos pro custodia pignoris, ut notat Mantica supra num. 25., de sumptibus factis pro custodia Castri oppignorati, tum quia fructus non dicuntur nisi deductis expensis, tum quia, si ex pignore non debet creditor lucrum capere, ita nec damnum sen-

sentire, juxta reg. quod, qui non sentit commodity, neque debet incommodity sentire. Barbosa ad c. cum contra num. 4. de pignor., quando autem in hoc casu contractus dicatur perfectus, & facta adjudicatio, an scilicet elapsio termino, licet Judge nondum declaraverit justum pretium, vel solum sequita ea declaratione, examinat Merlin. de pignor. lib. 4. q. 123. à n. 54., & pluribus seqq. 28 Utrum vero, si debitor ipse instet apponi hoc pactum legis commissoriae, possit tunc in pignore sustineri, quasi cadens à Jure suo, cum lex reprobaverit hoc pactum ad subveniendum debitori, sivecedat favori pro se introducto; verum neque hoc modo sustineri potest, quia creditor recipiens lucrum ex mutuo, etiam à sponte dante, adhuc committit usuram damnatam, in c. consule de usur. Mantica de tacit., & ambig. lib. 11. tit. 9. n. 7., & 15., Merlin. de pignor., & hypoth. dicta q. 123. num. 29., & 32., & reddit rationem Mantica dicto n. 15., quia haec prohibitio non est in favorem debitoris, sed in odium creditoris, cui creditor nequit renuntiare. 29 Hinc etiam colligitur differentia propter quam in contractu emptionis, & venditionis admittatur pactum legis commissoriae, non vero in pignore, & ea est, quod in pignore pactum concipiatur, ut datio in solutum fiat ex necessitate ad commodity creditoris, at in emptione, & venditione concipiatur ex opposito, ut emptio, & venditio dissolvatur, quod est secundum naturam emptionis, & venditionis, neimpè quod non soluto pretio resolvetur contractus. 30 Ita pariter in pignore poterit pactum legis commissoriae habere locum, si dicatur, quod neglecta restitutione pretii, res vendatur ad astam, quia hoc pactum est secundum naturam pignoris, Mantica dicto lib. 11. tit. 10. n. 17. ubi n. 34. firmat regulam, quod pactum legis commissoriae in pignore sit reprobatum quantum importat lucrum, aut commodity creditoris, valeare autem ad pœnam debitoris negligentis, quod etiam scripsit Navara Manual. c. 17. n. 217., Merlin. dicta q. 123. n. 86. non 31 Solent disputare D.D. an pactum legis commissoriae in pignore saltem jurementum firmari possit, & plures allegat pro, & contra. Borell. summa dicti tom. I. tit. 40.

de juramento, à n. 262., & seqq., ubi quod plures teneant valere si concipiatur, quod fiat venditio pro pretio justo à Judge declarando, dummodo licet debitori offere pecuniam debitam usque ad declarationem, postquam contractus cum sit perfectus, non amplius sit locus oblationi, alias solo juramento non firmari, sicuti contractus usurarius in odium mutuantis non firmatur juramento: cap. Tuas dudum de usuris, Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 4. q. 123. & 27., Rodeni dicta q. 2. n. 24.

32 Reprobatur pariter pactum legis commissoriae respectu fructuum, seu usurarum solvendarum, putat si dicatur, quod si debitor negligat solvere fructus annuos per sex annos, res data in pignus cadat in commisum, & de hoc pacto agit Roderic. de annuis reddit lib. 2. q. 2. à n. 1., ubi n. 29., etiam habere locum prohibitionem, & reprobationem, licet res non sit specialiter, sed tantum generaliter hypothecata, quia semper intrat prævitas usuræ, immo etiam res nullo modo sit hypothecata, ut idem auctor ostendit n. 30., ubi n. 32., ad silvertit hanc reprobationem pacti legis commissoriae habere locum, non solum in mutuo, sed generaliter in omni debito, quia lex fin., & rubr. Cod. de pæctis pignor. generaliter loquitur, sicuti & tex. in cap. significante de pignor.

33 Datur aliis casus, quo pactum legis commissoriae in pignore non reprobetur, & est quando pignus minus valet, quam sit debitum, & tamen dicatur, quod negligentie debitore solutionem, res oppignorata sit empta creditori, seu vendatur creditori, quia in hoc casu pactum non est appositum favore creditoris, sed debitoris, itaut potius creditor patiatur incommodum, quam commodity ex tali emptione, aut lucrum, est autem favorable debitori, dum liberatur à majori debito, & habet electionem, ut debitum solvat pecunia, vel pignus dimittat, quod pactum non sit in hoc casu legis commissoriae prohibitum: notat Roderic. dicta q. 2. n. 39.

34 Quæritur modo an hoc pactum sic reprobatur in pignore, vitiet actum, vel potius vitetur, & solutio clara est in l. finali C. de pæct. pign., ubi expresse infirmat captiōnem commissariam, Roderic. dicta q. 2. n. 72., ubi n. 73., quod ita sit intelligenda Bulla

**Bulla B. Pii V. de censibus**, concorrentia mororum, & negligentem census debitorem. Plura tractant D.D. supra allegati de hac materia, videndi in contingentia casum, quorum dicta mihi inutilia essent transcribere.

35 Negligentibus solvere vectigalia, seu gabellias imposita est pena legis commissoriae: tex. est in l. *Fraudati vectigal.*, & in l. *commissa ff. de public.*, & *vectigal.*, & toto tit. C. de *vectigal.*, & *commis.*, *Peregrin. de Jure Fisci lib. 6. tit. 5. num. 31.*, pena autem stat in hoc, quod merces, quae transvehuntur, & pro quibus debebat solvi gabella, & fuit omissa, confiscantur, eorumque dominium transit in Fiscum, non tamen possessio, nisi post sententiam declaratoriam: *Farinac. q. 173. n. 2. 3.*, & seqq., *Trentacinque variar. resol. lib. 1. tit. de Jure Fisci resol. 5. in fine. Barbosa in l. 1. n. 7. 8. C. de vectigal.*, & *commis.*, & nos generaliter comprobavimus in prima parte artic. 24.

36 Quae pena etiam intrat, quando mercator omisit solvere, & pertransivit locum, in quo solvere debebat, licet postea paratus esset solvere, quia statim Jus est quae-  
sum Fisco, & pro eo conductor gabelliarum, qui dicitur Publicanus, eo quia publicum negotium agit, unde non intrat purgatio morae, neque celeri solutione: l. *interdum S. Divi quoque ff. de public.*, & *ve-  
ctig.*, ubi glos. in *Vers. transgredientes*, ait, idest transeuntem *ff. de public.*, & *vectig.*, *Garzias Mastril. in tract. de Magistr. lib. 3. c. 10. n. 230.*, & post eum *August. Barbosa in l. 1. n. 5. C. de vectig.*, & *commis.*, Neque excusabitur ex quo Gabellarius non inste-  
tit, ut solveret: *Farinac. q. 173. num. 17.*

37 Et quando lis est contestata cum merca-  
tore, vel transvectore vivente, eo postea mortuo pena transmittitur ad heredes, quatenus ad eos pervenerit res, quae inci-  
dit in commissum, & sic Fiscus, vel Pu-  
blicanus agit contra heredes: l. *Fraudati 8.*, l. *commissa 14. ff. de publicanis*, & *vectigal.*, l. *interdum in fine ff. de publican.*, & *vectig.*, *Peregrin. de Jure Fisci lib. 4. tit. 5. num. 42.*, *Mastril. supra n. 231.*, *Barbosa supra num. 6.*, *Farinac. q. 173. num. 48.*

38 Debet tamen Fiscus, vel publicanus in-  
fra quinquennium agere, alias eo elapsa, nec lite contestata, non potest amplius Fi-  
scus agere ad hanc penam commissi, sed

præscripta est actio contra Fiscum, l. neque commissum 2. C. de vectigal., & commis., & allegati ibid. per *Barbosam* nu. 2., de præscrip-  
tione contra fisum, dixi artic. de Negli-  
gentia Officialium Fisci, & *Farinac. dicta q. 173. num. 49.*, & videndus Gutierrez de ga-  
bellis q. 121., ubi disputat, an contra Ga-  
bellarium malae fidei possessor, non solu-  
ta gabellæ possit præscribere, & affirmat  
attento consensu, & voluntate spontanea,  
quod tanto tempore contra Fiscum pena  
præscribatur.

39 Limitatur autem in pluribus casibus, &  
quidem primò, si vector mercium pertransi-  
te per errorem, quia constito de errore  
involuntario restituuntur merces, soluto  
duplici vectigali, quia ibi propriè non est  
culpa, l. ultima §. divi quoque fratres ff. de  
public., & *vectigal.*, ut explicat ibi glos. in *V.*  
*divi quoque post medium*, *Peregrin. de Jure Fisci lib. 6. tit. 5. num. 35.*

40 Secundò, si transvector mercium decipe-  
retur ab exactore, quatenus ei, vel nutu,  
vel verbo diceret vade, non teneris solve-  
re, deinde postquam pertransit post cum  
venit aliis officialis, & capit merces, quasi  
inciderint in commissum, & in hoc casu,  
dicit glos. in *dicto 9. divi quoque fratres*, ex-  
empliando textum, quod non solum non in-  
cidit in penam commissi, quia ibi nulla  
fuit negligentie culpa, cum per eum non  
steterit, sed ipse Officialis, qui decepit,  
tenebitur solvere penam dupli: *Farinac. q. 173. num. 40.*, *Peregrin. de Jure Fisci lib. 6. tit. 5. num. 35. Vers. limita 2.*

41 Tertiò, si mercium transvector profitea-  
tur, idest ante publicanum dicit se para-  
tum solvere, sed Publicanus, qui exigit  
ad sui utilitatem, remittat, tunc non est  
negligens, neque penam incurrit, *dicta l.*  
*fin. S. si quis profesus*, *Farinac. q. 173. num. 37. 39.*, vel si post incursum penam Ga-  
bellarius recipiat datum, quia sic recipien-  
do censetur remittere penam: *Peregrin. de Jure Fisci lib. 6. tit. 5. num. 35. vers. limita 2.*

42 Quartò transvector transiens, si accedens  
soluturus ad officium Gabellarii, ibi eum  
non invenit, sed ne nimis moretur, ponit  
pecuniam solvendam super bancum, aut  
fenestram, tunc quia non potest dici ne-  
gligens, evitat penam, quia non habuit  
animum fraudandi, ut post alios scripsit,

Tren-

## Pars Secunda. Artic. XXVII. 345

*Trentacinque variar. resol. lib. 1. tit. de Jure Fi-  
sci sub num. 15.*, *Farinac. quest. 173. num.  
32. 33.*

43 Quintò limitatur, si quis fecit conctractum nullum, quia tunc non debetur Ga-  
bella; *Gratian. discept. for. cap. 746. à num.  
9.*, & seqq., *Gibalim. de negotiat. lib. 2. cap. 2.  
art. 13. consecratio 3.*

44 Sextò, exemptus à solutione, ut Clerici, vel quicunque alii habentes privilegiū  
immunitatis à Gabellis, non solventes, non  
incident in poenam, quia ut omissio sit  
culpabilis, oportet, ut quis teneatur fa-  
cere, quod omittit; advertendum tamen,  
quod taliter exemptus tenetur renuntiare  
Publicano merces, alias incident in poenam:  
per tex. in l. *interdum S. diuus quoque pius ff. de public.*, & *Vectigal.*, *Gratian. discept. for. c. 17. à num. 8. usque ad 12.*, *Peregrin. de Jure Fisci lib. 6. tit. 5. num. 31. vers. amplia 2.*, & si Gabellarius requirit attestacionem,  
quod res transvecta sit ejus, qui gaudet  
exemptione, tenetur schedulam facere,  
& in dubio tenetur Gabellarius stare ju-  
ramento ejus exempti: ad tex. in l. si *Publi-  
canus S. 2. ff. de publican.*, & *ve-  
ctig.*, & ita practicari debet cum Clericis gaudentibus  
immunitate à gabellis: *Sperell. decis. 12. n.  
64.*, *Bonacina ad bullam cœnæ cap. 18. d. 1.  
quest. 19. puncto 3. §. 3. num. 10.*, *Franc.  
March. tom. 1. decis. 286. num. 1.*, *Ancha-  
ran. in Clem. presenti nu. 3. de censibus*, ubi  
& *Zabarella num. 9.*; Nisi forsitan mala qua-  
litas personæ testificantis, aliter persuaderet  
ad allegata per *Barbosam* in l. *universi 5.  
sub. num. 2. C. de vectigal.*, & *commis.*, *Rota coram Corrado decis. 412. p. 9. tom. 2. recent.  
num. 27.*, *Farinac. quest. 174. num. 29.*, ubi  
num. 30. notat quod exemptus portans res  
aliens, & dicat suas, ac proinde non sol-  
vat, dicatur fraudare Gabellam, & res  
incident in commissum.

45 Et licet pacificetur, quod Clericis trans-  
vehentibus res suas Gabellarii velint bul-  
letas facere, vel ad cautellam, vel ut Of-  
ficialibus ad portam Civitatis stantibus ino-  
tescat, quod res sint Clerici, & exemptæ,  
tamen non deberent exigere grosselum, ut  
in eadem *decis. 412. num. 21.*, & seqq., &  
*decis. 139. num. 10.*, & *II. p. 10.*, & in *Ge-  
rudens. exemptionis 1663. S. nec dicatur coram Bevilqua*, quin immò, & in alio peccant  
plures Gabellarii, ut nollint bulletam fa-

cere, nisi post introductionem; unde Cle-  
ricus tenetur ad Officiale stantem in Por-  
ta Civitatis dimittere depositum, quod si-  
bi restituitur post reportatam bulletam,  
sed alio grossetto soluto, dicunt debitum  
pro custodia depositi, de quo sibi deberent  
prudentius consulere, si velint animas suas  
salvas facere, & evitare censuras, quod  
ultra Theologos monet, *Farinac. dicta q. 173. num. 6.*, ubi num. 53., quod furtum  
committit.

46 Septimò limitatur, si, qui debet solvere  
Gabellam, ex alio titulo esset creditor  
Principis, vel conductoris, nec posset de  
facili consequi suum creditum, iste si uta-  
tur compensatione, certò non incurrit ne-  
gligentiae culpam, saltem pro foro conscientiæ,  
etiam si conductor immediatè patet  
retrur hoc damnum propter debitum Prin-  
cipis, quia sicut Jura habet à Principe, ita  
& creditor Principis pari Jure compensat;  
*Lessius de Justitia*, & *Jure lib. 2. cap. 3. dub.  
10.*

47 Utrum autem Gabella in conscientia  
sit solvenda sub onere peccati, & restitu-  
tionis, ad præsens non spectat institutum,  
& videndi sunt Theologi hinc inde opinan-  
tes; quorum aliqui allegantur à *Covaru.*  
*in reg. peccatum 2. p. relect. 9. 5. num. 2.*,  
*Fermosin. ad rubr. de constitut. cap. 1. quest.  
4. num. 22. 23. 24.*, & in c. ex litteris quest.  
2. num. 18. 19. 20. eod. tit. à *Gibellino de ne-  
gotiat. lib. 2. c. 2. artic. 10. à num. primo*, &  
seqq., *Farinac. dicta quest. 173. num. 5.*, &  
seqq.

48 Pro foro externo ignorantia regulariter  
non excusat, quia ubi impositio Gabellæ  
est publicata, nemo debet, aut præsumi-  
tur ignorare, ideoque fraudans Gabellam  
etiam allegata ignorantia, patitur penam  
commissi, quā regulam limitat *Farinac. dicta quest. 173. num. 12.*, & seqq., quando  
re vera ignorantia est probabilis judicio pru-  
dentis Judicis, ut quando est aded de re-  
centi imposita, ut verissimiliter non deve-  
nerit ad notitiam transueantis, maximè fo-  
rensis, ubi num. 15., quod mitigabitur  
pena, ubi est ignorantia verisimilis.

49 Minoribus non solventibus Gabellam suc-  
curretur, ut intra triginta dies possint pur-  
gare moram, & penas evitare l. si ex causa  
S. si in commissum ff. de minor., l. Imperatores  
ff. de Publican., *Farinac. supr. n. 47.*

X X Vtrum